



THEBAIDE SACREE  
COMPRENANT  
LA VIE DE CE GRAND  
COLONNEL, ET GENERAL CAPI-  
taine de l'heureuse Legion Thebaine  
S. MAURICE, & de ses glorieux  
Soldatz & Compagnons.

*Extraicte en partie de l'histoire de saint Eucherius Archeues-  
que de Lyon, partie du Colligé de R. S. Guillaume Balde-  
sano Chanoine & Theologien de l'Eglise Metropolitaine de  
Thurin: partie aussi de la vie commune de tous les Sainctz.*

Par Gaspar Berody Vallesien, Notaire, Re-  
gent d'eschole, Bourgeois de la ville de  
saint Maurice & de saint  
Brancher.



Avec permission.

A FRIBOURG EN SVISSE.

Par Guillaume Darbelley.

L'An. 1618.

Re 19.635

In honorem Diui Mauritiꝝ eiusq;  
Sociorum piè dedicauit  
IOANNES DE PRATIS.  
Agaunensis.

*Sacrilego princeps dum Maximianus honore  
Ad Rhodani ripas Numina vana colit.  
Cessit, & à reliquo seiunctus milite, puras  
Thebaus tendit miles in astra manus.  
Indignatur atrox, reuocatq; ad castra tyrānus  
Terrificas ructans ore feroce minas.  
Te, ritus damnant, Mauriti authore nefandos,  
Velleq; Thebai se temerare negant.  
Iussa furens sua spreta fremit, decimosq; cruenta  
Imperat ille neci tradere sorte viros.  
Exultunt quos illa ferit: mors omnibus vna.  
Expeditur, ferro pectora nuda patent.  
Et placuere Deo Decimæ, reliquosq; poposcit:  
Namq; inquit, decet hæc horrea nostra seges  
O nimium Legio crudeli sorte beata!  
Præcipuum pugnae est sic cecidisse decus.*

*Per*

*Perbreuis Oratio ad honorem ac laudem*

*diui Mauricii, per Christianum*

*Francum Agaunensem piè*

*dedicata.*

**A**Dmirabilis planè Deus in Sanctis suis, qui homines hac ratione ornat, vt quosdã propè diuinos effingat, cuius gratia vti robur & potentia cernitur, cùm inueteratorum in scelere voluntates, repente siue extemplo, immutat, æquè impensè ex improbis egregiè sanctos efficit. Quemadmodum nobis extat de diuo Mauritio Thebanorum Duce, qui abiecta Ethnicorum prauitate, non duntaxat meruit vt inter mortales celebraretur solùm picturis, vt Agesilaus non tantum ab Apelle depingi concessit, qui pingendo cœteros anticipabat ceu eminebat, causa erat è pictura non nitescere aut fulgere res gestas, sed maxime ex historicis emicare. Alexander infelicem minimè Achillem dubitauit quod adeò præclarum philosophum habuerit qui suas res gestas inscripserit. Si isti Pagani tam auidi honorum ac laudum fuere, cur nos minus qui luce diuina fruimur nihil Deo ac Sanctis suis tribuerimus? qui constanti animo non timere toruos tyrannorum aspectus, ac minas eorum flocci ac teruntii fecerunt, nec vnquam Christum ac eius fidem deseruerunt, non esset tales sanctos contemnere atq; parui facere, nos potissimum qui

qui corpore suo potimur, non fluctuo quod  
diuinâ providentiâ ad huiusce sancti vitam  
gallicis metris decorandam inspiratus Au-  
thor fuerit. Quare exoratos velim Lectores,  
ne huius opusculi mendis attendant, sed san-  
cto cui est dedicatus.

Valete ac plaudite, æ qui boniq; consulite.

Jacobus Muriferus **Canonici Ordinis**  
**Diui Augustini.**

Beneuolo Lectori. Epos.

**N**obilitate potens Maurus præclarus & armis.  
Exoptat Christo nomina sacra dare:

Millia sexcentum sex deni, sexque sequuntur.

Insignes armis, nobilitate sati.

Hic Athlas Christi tormenta subire nefanda.

Mille cruces socij, mille subire iuuant.

Lethifera hic miles Mauricius arma reponit,

Armis vt fidei, belligerare queat.

Ergo agè qui sacrâ cingi tua tempora lauro  
optas, Nilicolûm facta sequare Ducis.

Hunc precor, ô lector, peruolvas mente libellum  
Atque iterum volvas, premia magna dabit.

**ALLUSIO AD AVTHORIS INSIGNIA**  
Zoilo.

Quand auras besongné avec autant de peine,  
Et monstreé action de ton plus bel esprit,  
Le mouton sera pris, sans corne, par la laine,  
Dont rasé fournira pour te couvrir, habit.

**A NOBLE**